Religioſis hucuſq; ſunt commiſſi, tanquàm familiares & domeſtici, qui velut Gallina pullos, ſic & ipſos ſub alis habuerunt, & habent modo. Et tanquàm Pedagogi Pedagogiam circa eos exercuerunt, & exercent modo, in omnibus ad ipſos Religioſos tanquàm ad vnicos defenſores aduolando in miſerijs ſuis, & tribulationibus non paucis, quibus Deus optimus, & diuinus agricola diſcutit, & conterit, vt excuſa palea [ſtatim poſt mortẽ] puriores in horreum introducat cœleſte.

¶ Ad rẽ igitur redeuntes dictis maximè obſtare videtur verba eiuſdẽ Clemẽtinę ibi. Nullo Religioſis eiſdẽ ſuper hoc exẽptionis, vel alio priuilegio ſuffragãte. Ex quibus verbis videt colligi, Clemẽtẽ Quintũ reuocaſſe õnia priuilegia in cõtrariũ. Pater Magiſter à Verac. vbi ſupra cõc. 6. ad hãc reſpõdet difficultatẽ, ꝙ verba Clemẽtis intelligẽda ſunt, nõ quo ad adminiſtrationẽ Sacramẽtorũ: ſed quo ad pęnam ibi appoſitam. Hoc eſt dicere, ꝙ quando dicitur ꝙ nulla exemptione, aut priuilegio obſtante, non debet intelligi de priuilegio quo ad Sacramẽta miniſtrãda. Quia per Clementinam non eſt facta priuilegij reuocatio [vt modo diximus] quia aliàs Papa

effet